



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

9. An & quando censeatur revocata per hanc vulgarem clausulam, non  
obstantibus privilegiis, exemptionibus, & c.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

*Apost. in verb. impulsiva. Vincent. Carocius sing. 561. Cognoscitur autem causa finalis privilegii ex illius proemio sive praefatione, quae proinde est diligenter perscrutanda. l. 1. ff. de orig. jur. ubi DD. l. fin. ff. de hered. inst. Barth. l. cum his ff. de transact. Anton. de Prati tract. de iurisd. Episcopi cap. 4. n. 1.*

Illud autem hoc in tractatu non est omitendum, cum cessante causa privilegii, cessat privilegium, quod requiritur sententia rescissoria seu declaratoria. Bald. cap. de rei in add. Jo. Andr. Et ibi expresse Franc. de Reg. juris in 6. Et in cap. cum secundum de hereticis in 6. Tirac. tract. cessante causa par. 1. n. 220. Et in rep. l. si unquam in verb. reverteretur n. 398. C. de Revoc. donat. qua de re etiam infra eodem libro q. 31.

QVÆSTIO VIII.

Sublata Exemptione aliquorum, an etiam censeatur sublata aliorum, qui in ea participabant.

Questionis hujus decisio pendet ex eis, quae superius in eadem materia attulimus lib. 1. quest. 17. num. 18. ad quae lectorem ne superfluitate nimia sumus oneri, remittimus.

QVÆSTIO IX.

An & quando censeatur revocata per hanc vulgarem clausulam, Non obstan. Privilegiis, Exemptionibus, &c.

SUMMARIUM.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Generalis derogatio Exemptionum non comprehendit scriptas in corpore iuris.       | 5. Exemptiones tolluntur speciali derogatione.               |
| 2. Princeps non praesumitur uno verbo solvere iura tot vigiliis promulgata.          | 6. 8. Quid si contineant clausulam derogatoriam derogatoria. |
| 3. Cautela est, ut privilegia inserantur libris statutorum.                          | 7. Vis clausulae quorum tenores habentur pro expressis.      |
| 4. Exemptio quam Princeps probabiliter ignorat, non tollitur contraria dispositione. | 9. Ad derogationem sufficit si constet de mente Principis.   |
|  | 10. Privilegium pluries confirmatum difficilius tollitur.    |

DE vi & energia hujus clausulae varii varia scripserunt, ut passim ex Doctorum scriptis fit manifestum. Felin. cap. accedentes num. 4. de prescript. Guido tract.

tract. de rescript. n. 22. Et seq. fo. de Selua tract. de beneficio part. 3. quæst. 14. Jason l. 1. n. 16. de consti. Miles in repere. verb. privilegium non insertum Et verb. clausula generalis fol. 71. Et 72. latissime Felu. in ca. nonnulli de rescript. Giga. de pensionib. q. 59. n. 9. Grammatici. decis. 20. Navarr. conf. 7. de privil. conf. 12. n. 5. de Regular. Franc. ca. 1. n. 5. Et seq. de excessib. prelat. in 6. Staphileus de gratis. Et expectativa §. in super derogatur. Abb. ca. cum instantia n. 5. de censib. Eumus verb. Privilegium n. 16. Boer. tract. de potest. legati à latere n. 95. Et seq. Steph. de Fredericis tract. de interpret. iuris par. 2. n. 26. Rebuff. de privileg. Schol. privilegio 179. Barib. in extravag. ad reprimendum vers. non obstantibus. Ex quibus elicio sequentes conclusiones.

- 1 Prima, generalis derogatio exemptionum non comprehendit privilegia seu exemptiones scriptas in corpore juris. Go. l. 2. §. legatis, in verb. non compelluntur ff. de iudic. ubi DD. glo. l. heres in pr. ff. eod. in Auth. qua in Provincia ubi Barib. C. ubi de crimine agi oporteat. Barib. in extravag. ad reprimendum in verb. non obstantibus Quomodo in Les. Majest. Rom. rep. l. si vero §. de viro col. 18. fall. 2; ff. sol. matr. late Rebuff. d. privileg. 176. Landens. tract. de rescript. quæst. 87. Fel. c. nonnulli n. 26. de rescript. ubi Apost. Felu. tract. de interp. iuris par. 2. num. 26. Et seq. Spec. de instr. edit. §. nunc autem num. 5. vers. si vero.
- 2 Ratio, quia Princeps non videtur voluisse uno verbo tollere iura quæ tot viginti fuerunt promulgata, nisi quando C. de Inoff. test. Vitalis in tract. Clausularum verb. in clausula generali. Fel. cap. 1. n. 12. de rescript. Et in cap. nonnulli col. 10. Et 17. conclus. 11. eod. tit. Boer. rep. l. consentaneum fol. 31. C. quomodo Et quando. Ideo (inquit Rebuffus) d. privileg. 179. n. 2. accepto à Principe privilegio expedit ut illud inferatur libro Statutorum, nam si postea Princeps deroget privilegiis, non censetur cogitavisse de insertis seu comprehensis in statutis. Capolla cautela 27. Paulus d. Auth. quam Provincia Rebuff. in tract. nominat. q. 5. Accedit, quod Princeps difficilis censetur tollere velle jus commune quam privilegium. arg. l. eius §. milia ff. de test. mult. Pet. de Anchor. in rep. cap. 1. de probat. fol. 162.
- 3 Secunda, Exemptio non inserta in corpore juris, non tollitur, nec ei derogatur per contrariam dispositionem, in qua de dicto exemptionis privilegio non fit mentio, quod Princeps potuit probabiliter ignorare. Anton. Miles in repere. verb. Privilegium non insertum per c. 1. de consti. in 6. ubi lo. Andrea Ans. de Amatis decis. 17. n. 5. Quod ampliatur, si dispositio derogatoria habeat vim constitutionis aut extravaganis fo. Andr. cap. 1. super verb. constitutionem. Miles ubi supra, si vim rescripti, aut cuiusvis alterius scripturæ. fo. Andr. cap. 1. super glo. 2. de rescript. Et in d. cap. 1. super verb. consuetudine per cap. veniens de rescript. ca. ex multiplici de decimis l. 2. §. si quis à principe ff. ne quid in loco pub. Anton. Miles ubi supra. In confirmationem cuius sunt ea, quæ late actui primo libro quæstione quinta, dum disserui, an sub dispositione generali comprehenderentur Exempti.

Tertia, Speciali derogatione censentur Exemptiones esse abrogatae. Guido d. n. 22. <sup>5</sup>  
 et probatur supra d. quaest. 5. Spec. de instr. edit. §. nunc autem vers. Et scias num. 5. ubi id  
 probat.

Quarta, Si Exemptiones contineant clausulam derogatoriam non facientem pro- <sup>6</sup>  
 priam & specialem mentionem, v.g. si ita concessa sint, quod eis derogari non pote-  
 rit, nisi de eis fiat mentio de verbo ad verbum, censentur eis derogatum clausula,  
 non obstantibus &c. etiam si talia essent quae deberent referri de verbo ad verbum.  
 Pulchre Fumus verb. Exemptio n. 11. Grammatic. decis. 20. Navarr. d. conf. 7. & 12. Fel.  
 d. cap. accedentes n. 4. Selua d. quaest. 14. Abb. d. cap. cum instantia n. 5. late Fel. in repert.  
 verb. privilegium secundum an tollat primum habens clausulam derogatoriam fol. 100.  
 col. 2. in fin. & col. 4. in fine. Navar. c. si quando excep. 1. per tot. de rescript. ubi late & doctè.  
 Curiam conclusioni adversatur Anton. de Amatis decis. 17. per tot. asserens privile-  
 gium, de quo debet fieri mentio specialis, non tolli per clausulas generales, tum quod  
 forma revocationis non servetur, cum quia id quod expresse fieri debet, alio modo  
 factum non juve, confirmatur hæc conclusio argumento à testamento ad privilegia.  
 Etenim si testamento posterioris colligatur, quod testator voluerit posterius illud  
 valere, satis est irritate præcedens testamentum, in quo est derogatoria requisitus,  
 licet in posteriori non enarratur tenor de verbo ad verbum in derogatoria requisitus,  
 quod communiter à DD. teneri testatur Jo. Dilectus de arte testandi tit. 10. per tot.  
 Quod quidem minore scrupulo procedit, si derogatio facta sit per viam legis conci-  
 lians. Navarr. d. conf. 12. ac ita stilo Romanae Curiae est observatum, sufficit enim  
 communis clausula. Quorum tenores habeantur pro expressis, Navarr. d. conf. 12. 7  
 Fel. cap. accedentes & cap. nonnulli n. 6. vers. secunda declaratio de rescript. doctè Navarr.  
 d. excep. 1. Aliter enim dicendo detraheretur de potestate Pontificis, qui cum om-  
 nium memoriam habere non possit, proprio arbitrio concessa revocare non possit,  
 quod foret absurdum. Feder. conf. 46. doctè Abbas cap. cum instantia n. 5. de Censibus.  
 Fumus verb. Exemptio n. 11.

Quinta, Si vero in secundo privilegio non sit derogatio clausula derogatoria <sup>8</sup>  
 prioris non censetur exemptioni priori esse derogatum. DD. iam allegati Fel. in re-  
 pert. verb. privilegia qua habent clausulam derogatoriam fol. 100. col. 4. in fine, videatur  
 Castr. conf. 3. lib. 1. ubi loquitur in exemptione Carthusiensium, late de his Feder. conf. 233.  
 ubi de exemptionibus ordinis S. Clara & conf. 37. eleganter Anton. de Amatis decis. 17.  
 per tot.

Sexta, quando cunque constat de mente Pontificis derogare volentis, priori pri- <sup>9</sup>  
 vilegio sufficit ut privilegium illud censetur revocatum, quibus cunque verbis  
 Pontifex utatur. Feder. de Seno conf. 335. col. ult. Fel. c. nonnulli num. 7. & 8. de rescript.  
 Quemadmodum enim in dispositione privilegii semper dicimus mentem conce-  
 dentes esse intuentam, etiam si à proprietate verborum esset recedendum supra eod.  
 lib.

lib. quest. 7. n. 1. ita & in revocatione privilegii dicendum est, contrariorum enim eadem esse solet disciplina, *Præses in locis legalib. loco à contrariis.*

Septima, privilegium à pluribus Pontificibus Principibusve confirmatum difficilius censetur tolli. *Decius conf. 165. n. 3. præsertim cum accedat favor piæ causæ aut Religionis. Decius d. conf. 165. n. 1. Cyn. l. 1. n. 1. C. quando imp. inter pupill. & vid. Finis opin. 69. Alex. conf. 123. n. 16. lib. 4. Ant. de Amatis d. Dec. 17. n. 9.*

---

Q U Æ S T I O X.

---

An censetur exemptio revocata, si Pontifex contra illam aliquid rescripserit,

„ **M**inimè, ut testatur Panormitanus, his verbis in *cap. pro illorum n. 14. de præben-*  
 „ *dis.* Nota glossam, quod licet Papa mandet semel contra privilegium indul-

„ tum alicui Ecclesiæ, non per hoc censetur tollere privilegium, nec Clerici obedientes  
 „ censentur renunciare privilegio, sed poterit de privilegio opponi, si alia vice man-

„ daretur contra privilegium, de privilegio non habita mentione. Ita ille, Ratio est,  
 „ quia Exemptio unica contraventione tolli non potest, ut notatur infra *quest. 14.* &  
 „ & qua ratione & solemnitate concedi, eadem & tolli debet. *In nihil tam naturale, ubi*  
 „ *Dec. & DD ff. de reg. juris.*

---

Q U Æ S T I O XI.

---

Obedientia Prælati Exempti an inducat quasi possessionem subjectionis, si  
 Capitulum non consentiat?

S U M M A R I U M.

1. Subjectio cum sit incorporalis, an possit acquiri invito possessore,
2. Possessio in corporalium acquiri non potest sine patientia possessoris.

„ **Q**uestionem hanc movet Panormitanus *cap. cum dilectus n. 7. de Relig. dom.* quam  
 „ hoc verborum tenore resolvit: Nota (inquit) hic, quod sola obedientia Prælati  
 „ exempti non sufficit ad transferendum possessionem subjectionis in Episcopum,  
 „ sed requiritur totus conventus, hoc etiam sequuntur DD, sed ego tene-

„ rem hoc dictum in præjudicium Monasterii duntaxat, sed non in præjudicium  
 „ Papæ, nam non Abbas & conventus, sed Papa possidet subjectionem in Mona-

„ sterio, & hæc subjectio cum sit res incorporalis, non potest acquiri per alium  
 „ sine consensu illius, qui eam possidet, ut in *le 2. C. de servit. & aqua*, vide *quest. seq.*  
 „ num.